



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum mutuare ad vsuram sit peccatum mortale.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

ptem filias quæ sunt proditio, fraus, fallacia, pueria, inquietudo, violentia, & contra misericordiam obduratio: quarum distinctio sic accipi potest. Ad avaritiam enim pertinent duo; quorum unum est superabundare in retinendo, & ex hac parte ex avaritia oritur obduratio contra misericordiam, siue inhumanitas: quia videlicet obdurat eor suu avarus. Ne alicui misericorditer de rebus suis subveniat. Aliud autem ad avaritiam pertinens est, quod superabundat in accipiendo, & secundum hoc avaritia dupliciter considerari potest. primo quidem secundum quod est in corde avari, & sic ex ea oritur inquietudo: quia ingerit hominum sollicitudines & curas superfluas. Avarus enim non impletur pecunia, ut dicitur Ecclesiast. 5. Secundo vero considerari potest, prout est in executione operis, & sic in acquirendo aliena, utitur quicquid vi, & sic sunt violentia: quandoque autem dolo, qui quidem si fiat verbo, erit fallacia in simplici verbo, quo quis decipit alium ad lucrandum. In verbo uero iuramento confirmato, erit perjurium. Si autem dolo committatur in opere, sic in rebus quidem erit fraus, quam ad personas autem proditio: sicut patet de Iuda, qui propter avaritiam factus est proditor Christi.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod virtus perficitur secundum rationem: vitium autem perficitur secundum inclinationem appetitus sensitivi. & ideo non oportet, quod dicitur principale vitium opponatur principali virtuti: quia secundum aliud attenditur principalitas in vitio, & virtute.

AD SECUNDUM dicendum, quod pecunia, etsi habeat rationem utilitatis: quia tamen habet rationem uniuersalis, eo quod pecunia obediunt omnia, sicut dicitur Eccle. 10. ex hoc ipso habet quandam similitudinem felicitatis, unde secundum hoc avaritia est vitium capitale, ut dictum est.

AD TERTIUM dicendum, quod nihil prohibet vitium capitale, ex quo multa vitia ut plurimum oriuntur, quandoque etiam ab aliis vitijs oriri, ut supra dictum est.

ARTICVLVS IIII.

Vitium mutare ad usuram, sit peccatum mortale.

QUARTO queritur, utrum mutare ad usuram sit peccatum mortale. Et videtur quod non nullum. enim peccatum mortale est concessum in lege diuina: sed dare mutuum ad usuram est concessum in lege diuina. Dicitur Deut. 23. Non fenerabis fratri tuo ad usuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem, sed alieno. ergo dare mutuum ad usuram non est peccatum mortale. Sed dicendum, quod hoc non est concessum illi populo, sed magis permissum propter eius duritiam, sicut & libellus repudij.

¶ 2 Sed contra, illud quod permittitur tamquam malum, non reprobatur ut premium iustitiae: quod non promittitur ut premium, inducitur ut bonum & desiderandum: sed dare mutuum ad usuram permittitur in lege Dei ut premium iustitiae. Dicitur Deut. 28. Fenerabis Gētibus multis & ipse a nullo fēnā accipies. ergo dare mutuum ad usuram, non est peccatum mortale.

¶ 3 Prætermittere consilium non est peccatum, quia ut dicitur 1. ad Corinth. 7. Mulier non peccat si nubat, quamuis consilium uirginitatis prætermittat: sed dare mutuum absque usura, ponitur inter consilia. Luc. 11. Diligite inimicos uestros, & benefacite illis qui oderunt uos, & date mutuum nihil inde sperantes. in quo phibetur usura, ut multi exponunt. ergo dare mutuum ad usuram, non est peccatum mortale.

¶ 4 Præter. Sicut homo habet dominium suæ domus, aut

equi, ita etiam habet dominium suæ pecuniæ: sed homo potest locare domum suam, aut equum pro pretio: ergo pari ratione potest homo accipere premium, pro pecunia quam mutuat.

¶ 5 Præter. Non videtur esse peccatum illicitum, si aliquis ad hoc obligetur ad quod tenetur ex iure naturali: sed ex iure naturali tenetur homo ut aliquid recipens ei, quod sibi beneficium contulit. Ille autem qui pecuniam mutuat, aliquod beneficium conferit: subuenit enim necessitati indigentis. ergo si pro hoc beneficio aliquo certo pacto obligetur eum cui mutuat ad hoc, quod aliquid sibi retribuatur, non videtur esse peccatum illicitum.

¶ 6 Præter. Ius positium a iure naturali deriuatur, ut Tullius dicit in sua Rhetorica: sed ius civile permittit vsuras, ergo non est contra ius naturale dare mutuum ad vsuras. ergo non est peccatum.

¶ 7 Præter. Si dare mutuum ad usuram sit peccatum, oportet quod alicui virtuti opponatur, & cum in edicatione quadam consistat. si in mutuo, videtur maxime iustitiam opponi, si peccatum sit. nam iustitia circa hominum edicationes consistit, ut dicitur in 5. Ethic. Sed iustitia non opponitur. Non enim potest dici quod ille qui soluit vsuras, iniustum patitur. neque enim patitur iniustum a seipso, quia nullus sibi ipse facit iniustum, ut Philosophus probat in 5. Ethic. neque et ab alio, quia nullus patitur ab alio iniustum, nisi per dolum aut violentiam, quorum neutrum est in proposito: quia volens & sciens ille qui accipit mutuum, vsuras soluit. ergo nullo modo patitur iniustum. ergo nec vsurarium facit iniustum. non ergo peccat. Sed dicendum, quod est ibi violentum mistum, vult enim ille qui accipit mutuum, vsuras dare quasi coactus.

¶ 8 Sed contra, violentum mistum ibi habet locum ubi aliqua necessitas imminet, sicut patet in eo quod proicitur merces in mare, ne periclitetur navis: sed quicquid aliqui accipiunt mutuum ad vsuram absque magna necessitate. ergo ad minus in tali casu concedere mutuum ad vsuram, non est peccatum mortale.

¶ 9 Præter. Quilibet potest alienare illud, cuius est dominus: sed ille qui dat vsuram, est dominus suæ pecuniæ quam vsurario dat. ergo potest eam alienare, & ita vsurarius qui recipit, potest eam licite retinere.

¶ 10 Præter. In contractu mutui duæ personæ cōeunt, scilicet debitoris & creditoris: sed creditor potest dimittere de eo quod sibi debetur. ergo & debitor potest absque peccato amplius dare.

¶ 11 Præter. Multo grauius est occidere hominem, quam accipere pretium pro pecunia mutuata: sed occidere hominem in aliquo casu licet. ergo multo magis dare pecuniam ad vsuram in aliquo casu est licitum.

¶ 12 Præter. Illud ad quod homo se obligat, licite potest ab eo exigere: sed ille qui dat vsuram, ad hoc se obligauit, quod mutuum accipere. ergo licite vsurarius potest exigere.

¶ 13 Præter. Simonia committitur quocumque munus accipiatur siue a lingua, siue a manu, siue ab obsequio. si ergo accipere munus a manu pro pecunia mutuata, esset peccatum mortale, pari ratione etiam videretur, quod etiam quodcumque obsequium aliquis acciperet pro pecunia mutuata, esset peccatum mortale, quod videtur valde durum.

¶ 14 Præter. Duplex est interesse, quoddam quidem ex eo quod aliquid non adest: quia, si aliquis non acquisiuit quod acquirere potuisset, & ad hoc interesse non obligatur aliquis. Aliud est interesse ex eo quod aliquid abest: quia, si aliquid subtractum est alicui de hoc quod habebat, & de tali interesse nascitur obligatio: sed contingit quandoque quod ex pecunia mutuata aliquis damnif-

In lib. 2. de iniectione in fol. 5. ante finem libri.

Li. 5. c. 2. non procul a fin. & ca. 4. to. 5.

Lib. 3. c. ult. tom. 5.

damnificatur in eo quod habebat. ergo videtur, qd possit p hoc interesse aliqd accipere absq; peccato.

¶ 15 Præf. Laudabilius vñ concedere alicui pecuniã pro aliqua utilitate, q̄ pro sola ostentatione: sed qñ aliquis concedit alicui pecuniam suam cã ostentationis, ut ille diuitem se demonstret, potest absque peccato pretium inde accipere, ergo multo magis, si pro aliqua necessitate pecuniam suam concedat.

¶ 16 Præf. Facta Christi nobis proponuntur in sacra scriptura, ut ea imitemur, fm illud Ioan. 13. Exẽplũ dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis: sed Dominus de seipso dicit Luc. 19. Ego ueniens cum usuris exegissem illam. s. pecuniam mutuatam. ergo exigere usuras non est peccatum.

¶ 17 Præf. Quicumq; cõsentit alicui peccanti mortaliter, etiam ipse mortaliter peccat. Dicitur enim Roman. 1. quod digni sunt morte, non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. sed ille qui accipit mutuo pecuniam ad usuras, consentit accipienti usuras. Si ergo mutuate pecuniam ad usuras, est peccatum mortale, etiam accipere mutuo pecuniam sub usuris, erit peccatum mortale, quod per contrariam consuetudinem multorum bonorum falsum esse videtur.

¶ 18 Præf. Ille qui subministrat peccanti mortaliter, peccare videtur: sicut si quis mutuet arma furenti uel interficere uolenti. Si ergo usurarius mortaliter peccat mutuant pecuniam ad usuras, vñ qd etiam illi qui apud eos deponunt pecunias, mortaliter peccent. Sed dicendum, qd si absque necessitate aliquis pecuniam accipiat mutuo sub usuris, aut apud usurarium deponat suam pecuniam, mortaliter peccat: si uero ex necessitate, a peccato excusatur.

¶ 19 Sed contra, necessitas accipiendi mutuum sub usuris, non p̄t esse nisi ad uitandum aliquod damnum temporale: sed pro nullo tẽporali damno debemus consentire, aut materiã ministrare alterius peccato, quia plus debemus diligere aiam proximi, quã omnia temporalia bona. ergo pro tali necessitate non excusantur prædicti a peccato mortali.

¶ 20 Præf. Maius peccatum vñ esse furtum, q̄ dare pecuniã mutuo ad usurã, q̄ illud est oino inuoluntarium, hoc autẽ est aliquo modo uoluntarium ex parte eius cuius pecunia accipitur: sed furtum aliqñ p̄t esse licitum, sicut patet de filijs Isracl, qui acceperunt ab Aegyptijs mutuo uasã quã non reddiderunt, ut dicitur Exod. 12. ergo multo magis mutuate pecuniam ad usurã, potest esse sine peccato.

SED CONTRA est, qd Greg. Nyssenus dicit, Maligñã fœnoris excogitationẽ, si q̄s appellaret furtum aut homicidiũ, non peccabit. nã quid refert suffocari pariete quemquã erepta possidere, an fœnorum necessitate possidere illicita? sed homicidium & furtum est peccatum mortale. ergo etiam dare pecuniam mutuo ad usurã, est peccatum mortale.

¶ 2 Præf. Si propositum in proposito, & oppositum in opposito, ut Philof. dicit: sed nõ dare pecuniam mutuo ad usurã, ducit hoies ad uitã. Dicitur enim Ezech. 18 qd qui usuras nõ acceperit, uita uiuet. & in Psal. 8. Qui pecuniam suam non dedit ad usurã, hic accipiet benedictionem a Domino. ergo accipere usurã ducit ad mortem, & auferit diuinam benedictionem. est ergo peccatum mortale.

¶ 3 Præf. Omne quod est cõtra præceptum legis diuinã, est peccatũ mortale: sed dare pecuniã ad usurã est contra præceptum legis diuinẽ. Dicitur enim Exod. 22. Si pecuniã tuam ad usurã dederis popu-

lo meo pauperi, qui habitat tecũ. non urgetur quasi exactor, nec usuris opprimes. ergo dare pecuniã mutuo ad usurã, est peccatum mortale.

RESPOND. Dicendum, qd dare pecuniam mutuo ad usurã, est peccatũ mortale. Nec ideo est peccatum, quia est prohibitũ, sed potius ideo est peccatum, quia est fm se peccatum. est enim cõstitutum naturalem, & hoc patet si quis recedat a usurã rationẽ. Dicitur enim usura ab usure pro vsu pecuniarum quoddam accipitur. Est autem considerandum, qd diuersarum rerum diuersus usus. Quaedam enim sunt quarum usus est cõstitutio substantiã ipsarũ rerũ, sicut proprius usus est ut bibatur, & in hoc consumitur uini substantia & similiter p̄prius usus tritici aut panis est ut edatur, qd est consumptio ipsius tritici uel panis etiã proprius usus pecuniarum est ut expẽdatur pro mutatione aliarũ rerũ. Sunt enim in cõmutata cõmutacionis gratia, ut Philof. dicit in 7. Quadã uero res sunt quarum usus non est cõstitutio substantiã ipsarũ, sicut usus domus est habitatio: non est autem de ratione in habitationis domus dirimatur. si autẽ contingat qd domus habitado in aliquo melioretur uel deterioretur, est per accidens: & idem est dicendum de ecclesiã, & alijs huiusmodi. Quia ergo huiusmodi non consumuntur per usum per se loquẽdo

seorsum potest concedi aut uendi aut recipi, ut usus, uel simul utrumque, potest enim aliquid habere domum retinendo sibi usum domus ad opus, & similiter potest aliquid uendere usum retinendo sibi proprietatem & dominium domus in illis rebus quarum usus est consumptio, est aliud usus rei quã ipsa res. unde cuiusmodi ceditur usus talium rerum, conceditur etiam usus rerum dominium, & e conuerso. Cum ergo aliquis pecuniam mutuat sub hoc pacto, quod restituatur sibi pecunia integra, & ulterius usus pecuniarum vult certum pretium habere, manifestum est qd vendit seorsum usum pecuniarum: & ipsa pecunia substantiam, usus autem pecuniarum, ut dicitur non est aliud quã eius substantia, unde vendit id, quod non est: uel vendit idem bis, ipsam substantiam, cuius usus est consumptio eius, & hoc manifeste cõtra rõnem iustitiã naturalis. unde dare pecuniam pro usura, est secundum se peccatum mortale, & eadem ratio est de omnibus alijs quarum substantia per usum consumitur: sicut in uino, tritico, & alijs huiusmodi.

AD PRIMUM ergo dicendũ, qd accipere ab extraneis, nõ fuit cõcessum iudeis, quia sed pmissum, ut si pro hoc non punirentur p̄porali. Cuius quidẽ permissiois fuit rõ, quia erant ad auaritiã, unde permissum fuit eis malũ. Accipere usuras a Iudeis Deum esse ius malũ. sed postmodum p̄ Prophetã admoniti ut totaliter ab usuris abstinerent, ut patet per ritates in contrarium inductas.

AD SECUNDUM dicendũ, qd generare quosdam accipit p̄ mutuate, ut patet Eccl. 29. Multi uerũ sa nequitia non generati sunt, i non mutuantur. Mutuate autẽ pertinet ad eum qui superabundat & ideo quod dicitur, Generabis, intelligendum est, tuabis: ut per hoc detur intelligi, quod interuenirent temporalibus bonis, qd ipsi alios peccato mutuant.

3. lib. cap. 3. a medio ce. 1.

mutuare, & a nullo mutuum indigerent accipere.

AD TERTIUM dicendum, qd fm superficiē litera euangelii potest esse sensus, qd dare mutuum sic cōsilium, sed si detur mutuū, qd detur absq; spe usurarū lucri, hoc est præceptum. & quantum ad primū ponitur cum consiliis. Vel potest dici, qd quaedam sunt fm rei veritate præcepta vel prohibitiones, quæ tamen sunt supra præcepta secundum Pharisæorum intellectum: sicut Dominus Matt. 5. Super hoc præceptū, Nō occides, quod Pharisæi intelligebant de homicidio exteriori, Dominus superaddidit Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. & hoc modo, quantum ad Pharisæos existimantes non esse prohibitum uniuersaliter pecuniā ad usuram dari, ponitur inter consilia, ut detur mutuum absq; spe usurarū lucri. Vel potest dici, quod nō loquitur ibi de spe usurarū lucri: sed de spe quæ ponitur in hoīe. Non enim debemus bona nostra facere sperantes ab homine retributionem, sed a solo Deo.

AD QUARTUM dicendū, qd quidā dicit qd domus & equus deteriorantur per usum, & ideo pro recōpensatione potest aliquid accipi, pecunia autē non deterioratur, sed ista rō nulla est, quia fm hoc aliq; nō posset iuste accipere maius pretium pro domo sua locata, quā domus inde deterioretur. Est ergo dicendū, qd uenditur ipse usus domus licite: non autem pecuniā propter rationem supradictam.

AD QUINTUM dicendū, qd sicut Philo. dicit in 9. Ethic. recōpensatione beneficii acceptialiter fit in amicitia utilis, & aliter in amicitia honesti, quia in amicitia utilis est mensuranda recōpensatione secundum utilitatem quā consecutus est ille, qui beneficium accipit: in amicitia autem honesti est recōpensatione mensuranda secundum affectum eius, qui beneficium dedit. Obligare autem ex certo pacto ad beneficium recōpensandum, non competit amicitie honesti, quia in tali amicitia amicus beneficiens affectum amici incilnat, ut sibi gratis & liberaliter recōpenset cum oportunitas fuerit: sed obligare certo pacto ad recōpensandum beneficium, est proprium in amicitia utilis: & ideo nō debet obligari ad plus reddēdū, quā accepit. Non autē est aliquis aliquid plus accepit quā ipsam quantitatē pecuniæ, quia eius usus, qui est pecuniæ consumptiuus, nō est aliud q̄ ipsa pecuniā: & ideo nō debet ad plus obligari, quā ad restituendum pecuniā.

AD SEXTUM dicendū, qd ius positiuū principaliter intēdit bonum cōe multitudinis, contingit autem quandoque qd si impediatur aliquod malum, prouenit maximum detrimentum cōmunitati, & ideo quādoque ius positiuū p̄mittit aliquid dispensatiue, non quia sit iustum id fieri: sed ne cōmunitas maius incōmodum patiatur: sicut etiā Deus aliqua p̄mittit mala fieri in mundo, ne impediatur bona, quæ ex his malis ipse elicere nouit, & hoc modo ius positiuum permisit usuras propter multas commo ditates, quas interdum aliqui consequuntur ex pecunia mutuata, licet sub usuris.

AD SEPTIMUM dicendū, qd iste qui dat usurā, patit iniustū nō a seipso, sed ab usurario, qui licet nō inferat ei uolentiā absolutam, infert tamen ei quādam uolentiā mistam, quia, si necessitatem habet accipere mutuum, grauem conditionē imponit, ut si plus reddat, quā sibi præsteretur, & est simile si quis alicui in necessitate constituto, uenderet rē aliquā multo amplius, quā ualeret. Esset enim iniusta uenditio, sicut & usurarū mutuatō est iniusta.

AD OCTAVUM dicendum, qd duplex est necessarium, ut dicitur in 7. Meta. Quoddam quidem sine quo res non potest esse, sicut cibus est necessarius: quoddam uero est necessarium sine quo res quidē potest esse: non tamen ita bene & commode & secundum hoc omnia utilia necessaria dicuntur. Semper autem ille qui mutuum accipit, patitur necessitatem, vel primo vel secundo modo.

AD NONUM dicendum, quod ille qui dat pecuniā suam usurario, non dat simpliciter uoluntarius: sed quodammodo coactus, ut dictum est.

AD X. dicendū, qd sicut creditor licite potest minus accipere sua propria uoluntate, ita et debitor potest sua propria uoluntate amplius dare, & ille cui dat, licite recipere: sed si hoc deducatur in pactum mutui, pactum est illicitum, & illicita est acceptio.

AD XI. dicendū, qd occidere non est cōmuniter contra Deum, ut nec mutuare, & utrumq; potest bene & male fieri: sed occidere innocentem, importat determinationem mali, & hoc nunquam potest bene fieri, sicut nec dare mutuum ad usuram.

AD XII. dicendum, qd quando obligatio est licita, licite potest exigi ab homine id ad quod se obligauit: sed ipsa obligatio usuraria est naturaliter iniusta. unde non potest usurarius licite exigere id, ad quod alium illicite obligauit.

AD XIII. dicendum, qd munus aliquod vel a manu, vel a lingua, vel ab obsequio, potest usurarius sperare ex mutuo quod concedit, dupliciter. Vno modo, quasi debitum ex quadā obligatione tacita vel expressa: & sic quodcunq; munus speret, illicite sperat. Alio modo, potest aliquod munus sperare, non quasi debitum, sed quasi gratuitum, & absq; obligatione præstandum: & sic licite potest ille qui mutuat, sperare aliquod munus ab eo cui mutuat: sicut qui facit seruitium alicui, cōfidit de eo, ut amicaliter suo tēpore seruitium faciat. Alia tamen ratio est de simoniaco, & de usurario, quia simoniacus non dat id quod est suum, sed id quod est Christi, & ideo nō debet sperare aliquam recōpensationem sibi fidam, sed solum honorē Christi, & utilitatem ecclesiæ: sed usurarius nihil alteri præstat, nisi quod suum est: unde potest aliquam amicabilem recōpensationem sperare per modum prædictum.

AD XIV. dicendum, qd ex pecunia mutuata potest ille, qui mutuat, incurere damnum rei iam habitæ dupliciter. Vno modo, ex quo non redditur sibi pecunia statuto termino, & in tali casu ille qui mutuum accepit, tenetur ad interesse. Alio modo, infra tempus deputatum, & tunc non tenetur ad interesse ille, qui mutuum accepit. Debat enim ille qui pecuniā mutauit, sibi cauissē, ne detrimentum incurreret. Nec ille qui mutuo accepit, debet damnum incurere de stultitia mutuantis. Et est etiam simile in emptione. Qui enim emit rem aliquam, tantum pro ea iuste dat quantum ualeat: nō autem quantum ille qui uendit, ex eius carentia damnicatur.

AD XV. dicendum, qd sicut Philo. dicit in 1. Politic. duplex usus potest esse alicuius rei. vnus proprius & principalis alius secundarius & cōmunis. sicut calcementi proprius & principalis usus est calcatio, secundarius autem cōmutatio. Pecuniæ autem cōmutatio principalis usus est cōmutatio (propter hanc enim pecuniā facta est) secundarius autē usus pecuniæ potest esse quicunq; alius, pura, qd ponatur in pigrore, vel quod ostēretur. Commutatio autem est usus quasi cōsumens substantiā rei commutatē in quantum

lib. 5. eam. 6. com. 5.

In solur. ad 7. argum.

In istamet solur.

Li. 1. ca. 6. nō loq̄e a prim. com. 5. et 3. de anima in illius te. 2.

quantum facit eam abesse ab eo qui commutat. & ideo si quis pecuniā suam alteri concedat ad vsum cōmutationis, qui est proprius pecunię, & pro hoc vfu pretium aliud quærat vltra sortem, erit contra iustitiam. Si vero aliquis concedat alteri pecuniam suam ad vsum alium quo pecunia nō consumitur, erit eadē ratio quæ est de rebus illis quæ ipso vfu nō consumuntur, quæ licite locantur & conducuntur. vnde si quis pecuniam signatā in saculo concedat alicui ad hoc qd ponat eā in pignore, & exinde pretium accipiat, nō est vīura, quia nō est ibi cōtractus mutui: sed magis locatio & conductio, & eadem est ratio si quis concedat alteri pecuniā ad vsum ostentationis: sicut econuerso, si quis concedit alteri calcementa ad vsum cōmutationis, & ex hoc aliud pretiū quæret vltra calcæorum valorem, esset vīura.

Ad xv. dicendū, qd vīura ibi metaphoricè dicitur superexcrefcere spiritaliū bonorū, quas Deus requirit a nobis pp nostram vtilitatem. Ex metaphoricis aut locutionibus nō pot argumentatio trahi.

Ad xvii. dicendū, qd aliud est cōsentire alicui in malitia, aliud est vti malitia alicuius ad bonum. Ille enim alicui in malitia cōsentit, cui placet vt ille malitiā exerceat, & ad hoc forte eū inducit & hoc semper est peccatum. Vtitur autē malitia alicuius, qui hoc qd aliquis malū facit, retorquet ad aliquod bonum. & sic et Deus vtitur peccatis hominum, ex eis eliciens aliquod bonum. Vnde & homini dicitur licet vti peccato alterius in bonum. & hoc patet per Aug. qd Publicolæ quærenti vtrum liceret vti iuramento eius, qd per falsos Deos iurat, in quo manifeste peccat, respondit qd qui vtitur fide illius quem constat iurasse p Deos falsos, & hoc non ad malum, sed ad bonum, non peccat o illius se associat, quo p dæmonia iuravit: sed pacto bono eius, quo fidē seruauit. Si cui tamen placeret qd alius p falsos Deos iuraret, & ad hoc eum induceret, peccaret. Similiter dicendum est in proposito, qd si aliquis propter aliquod bonum vtatur malitia usurarij, accipiens ab eo mutuum ad usurā, non peccat: si vero persuaderet qd mutuarer suam pecuniam ad usurā ei, qui mutuari ad usuram paratus non esset, absq; dubio in omni casu peccaret, tanquam peccanti cōsentiens.

Ad xviii. dicendum, qd si quis ea intentione pecuniam alicui vsurario committeret, vt exinde lucrum vsurarium quæret, absq; dubio peccaret tanquam cōsentiens in peccatum. & idem videtur dicendum de eo qui concedit pecuniam suam scienter ei, de quo credit quod vtatur ea ad vsurarium lucrum, quod alias exercere non posset. Si vero aliquis pecuniam suam vsurario tradat aliās vsuras exercenti, non vt ille lucretur, sed propter suam necessitatem, magis vtitur malitia eius quā in peccatum ipsius cōsentiat, vel materiam peccandi ei tradat. & ideo hoc absque peccato fieri potest.

Ad xix. dicendum, qd pro nullo incommodo corporali vitando debet homo cōsentire in peccatū alterius: sed tamen pro aliquo incommodo vitando potest homo licite vti malitia alterius, vel materiā ei nō subtrahere, sed præbere. sicut si latro aliquem iugulare uellet, & ad vitandum mortis periculum aliquis latroni thesaurum suum diripiendum detegeret, non peccaret, exemplo illorum decem virorum, qd dixerunt ad Ismael, Noli occidere nos, quia habemus thesaurum in agro vt habetur Hierem. 41.

Ad xx. dicendū, qd hoc qd filij Israel vasa mutuo accepta asportauerunt, non fuit furtū, quia res illæ in

D. 1327.
Esisto. 154.
nō multum
peul a prin.
tom. 1.

eorum dominium transferunt auctoritate eius est Dominus omnium.

QVAESTIO XIII.

De Gula.

In quatuor articulos diuisa.

- ¶ Primo enim quæritur, vtrum gula sit peccatum.
- ¶ Secundo, Vtrum gula sit peccatum mortale.
- ¶ Tercio, Vtrum conueniēter assignetur spēs peccati.
- ¶ Quarto, Vtrum sit vitium capitale.

G Vtrum gula semper sit peccatum.

ARTICVLVS PRIMVS.



VAESTIO est de gula, & primo quæritur vtrum gula semper sit peccatū. & dicitur qd non. Nullus enim peccat in eo quod vitare nō pot, vt Aug. dicit in libro de lib. arb. sed gulā nullus vitare pot.

Greg. in 30. Moral. qd per esum uoluptas necesse miscetur. Quid necessitas peccat, & quid uoluptas suppetat, ignoratur, ergo gula non est peccatum.

¶ 2 Præter. Aug. dicit 10. Confes. Quis es Dominus aliquantulū extra metas necessitatis cibum non mutat: sed hoc ad gulā pertinet. gula ergo nō peccat. Non ergo gula est peccatum.

¶ 3 Præter. Aug. dicit in 2. de Lib. arb. quod dicitur in culpa est, ubi natura, & necessitas dominatur. Naturā gulæ natura & necessitas mouet, ergo quod gula non sit peccatum.

¶ 4 Præter. Sicut Philoso. dicit in 2. de Anima. Est appetitus cibi, ergo immoderata est appetitus moderatus appetitus cibi sumendi, in quo consistit ratio gulæ: sed non est in potestate nostra moderare esuriamus, ergo vitare gulam nostra potestate nostra. Non est ergo peccatum.

¶ 5 Præter. Aug. dicit 10. Confes. Hoc me bonum quæmadmodum medicamenta, sic alimenta carnis accedam: sed in sumptionem medicamentorum non ponitur aliquod peccatum, ergo vitare quod nec gula, quæ consistit circa sumptionem mentorum, sit peccatum.

¶ 6 Præter. Oē peccatum opponitur alicui vitari: ut extremū medio, ut patet per Philo. in 2. sed gula nō opponitur tēperantia: vel sobrietati: ut extremū medio, quia oporteret qd vitaretur per defectum sumptionis cibi, quod esse falsum: quia hoc pertinet ad abstinentiā in ieiuniis, & aliis huiusmodi. gula ergo non est peccatum.

SED CONTRA, Illud uidetur esse peccatum quod sicut p hostē a spiritali cōsuetudine impeditur sed gula est huiusmodi, dicit enim Gregor. 30. Malum ad cōsuetudinem spiritalis agonis non affertur nō prius intra nosmetipsos hostis positus, quod delicit appetitus, domatur, ergo, gula est peccatum.

RESPONDEO. Dicendum, quod sicut Dionysius citat 4. cap. de diuin. nomi. Malum animæ est rationem esse, unde in quibuscumque cōtinentur a regula rationis discedere, in his cōtingit peccatum. Nihil enim est aliud peccatum, quod actus inordinatus sive malus. Cōtingit autem regula rationis discedere, & in actionibus exterioribus & in interioribus animæ passionibus, & debent per regulam rationis ordinari.